

I. S. N. I.
POSITIONUM METAPHYSICARUM
SEPTENARIUS,

Quem
P R Æ S I D E
Amplissimo & Excellentissimo Viro

DN. CHRISTIANO TRENTSCHIO,

Log. & Met. in Acad. Witteb. P.P.


Dn. Patrono ac Præceptore observanter honorando,

Publicè disputabit

M. DANIEL GUILIELMUS MÖLLER,
Pofoniensis Panno.

A. D. R. clō Ibc LXIII. d. 2. Maji.

H. L. Q. C.



WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Typogr. Academ.

37.

a. CXXII. B5.

Coll. diss. A
122, 65



POSITIO. I.



Atur talis disciplina, ab omnibus aliis, Logicâ in primis separata, quæ ens in quantum ens est, expendit; & communiter Metaphysicæ nomine insignitur. Contra Ramum, Venceslaum Schillingium, V Vilhelmum Amesium, & sequaces.

POSITIO. II.

Illa pro Genere proprio, proximo, & adæquato non habet (1.) *Artem* quocunque etiam modo explicatam, cōtra Timplerum, Goclenium, & Ramizantes alios, nec (2.) *Scientiam*, ut volunt Scheiblerus, Stahlius, Ebelius, aliique; nec (3.) *Prudentiam*, nec (4.) *Intelligentiam*, nec (5.) *Sapientiam primam*, sed (6.) ut habent B. Jac. Martini, atque B. Scharfius *Sapientiam præcisè sumtam*.

POSITIO III.

Objectum Metaphysicæ non est (a.) Omne intelligibile, ceu Timplerus vult, nec (b.) Ens lat-



tis-

tissimè fuitum, quomodo entia omnia, & realia & rationi, & per se & per accidens &c. includit, ut vult Constantinus Cnirinius; nec (γ) ens ut sic, & ut contractum ad immateriale, DEUM, Angelos, & animam rationalem, contra Svarezium, Scheiblerum, Ebelium, Burgersdicium; nec (δ) Solus DEUS, ut ab Alberto in præfat. Metaph. Alpharabio tribuitur; nec (ϵ) Ens in decem prædicamenta divisum, ut Dominicus de Flandriâ sentit, sed (ζ) est Ens reale, positivum, per se, quatenus Ens est.

POSITIO. IV.

Finis præterea Metaphysicæ non est Principiū, legem, atq; a musim mysteriorum, ac reliquorū fidei dogmatum præscribere, quæ Calvinianorum, Socinianorum, Pontificiorum &c, communis est assertio; sed finis remotus, seu communis, est gloria DEI; proximus, distincta & adæquata terminorum communissimorum, & distinctionum universalissimarum cognitio.

POSITIO. V.

Non benè tandem Metaphysica dividitur à nonnullis (1.) in *Partes tres*, ita, ut in primâ
de

De Substantiis, secundum rem & rationem à mate-
riâ remotis; in secundâ de affectionibus entis unitis,
ut Uno, Vero, Bono &c. in tertiâ de prædicata en-
tis agatur. Malè quoq̃ve (2.) ab illis, qui in
duas eam partes dispescunt; quarum prima princi-
pia Entis, altera consideret attributa. Sed (3.) re-
ctius in Generalem & Specialem bipertitur; qua-
rum illa naturam, & communes affectiones Entis
tradat; hæc verò illius ad inferiora sua, quat. trans-
cendentia sunt, contractionem proponat, reliqua
disciplinis quæq̃; suis remittens.

POSITIO. VI.

Ufus Metaphysicæ & in inferioribus disciplinis,
& in facultatibus superioribus exerere sese infinitus
solet. Conf. B. Scharf. Th. T. & Dn. D. Calov.
M. D.

POSITIO. VII.

Metaphysica non contradicit Theologiæ

F I N I S

Coll. diss. A. 122, misc. 65

